



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Gelasius Conf. 5. Februarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

5. Feb. VITÆ SANCTORUM. 91
ri; ad quam otiosus scilicet librum nescio quem legabat. Atque ad hoc denique lumen perspicere viri virtutem sese etiam invidia fassa est. *Ex Surio.*

Præmittamus thesauros nostros in Cælum; sint vectores pauperes, qui possunt sinu suo, quæ nostra sunt, ad superna portare. Nemo de fraude dubitet bajulorum; tuta est ista transvectio, per quam nostra ad Deum, Deo fidejussore, portantur. S. Pet. Chryl. ser. 7.

S. GELASIUS CONF. 5. Februarij.

GELASIUM habes, sed unà OPI-
LIUM fratrem, pietate ita germanos, ut ex eodem ovo pronatos dicere posses, si non utrumque per nos liceret spectare. Utrumque igitur Placentia genuit, utrumque extulit, hodieque etiam velut lucidissimum cæli sidus, & morbidis propitium suspicit. Et OPI-
LIUM in cælo lucere quid mirum, quando in cælum inter preces oculo, animo abire, imò cum lucem oculorum mors extinxit, radiare tamen visus est? Jam innocentix & reliquarum virtutem choro dum vivit, vitæ austeritate velut munimento quodam cavit. Itaque totos dies jejunos agere, cœnamque à matre submissam rogatoribus in ponte præbere, ipse satis sacrarum literarum lectione pascus cælique delitiis ebrius.

Pari

Pari passu cum OPILIO GELASIO
 incessit, in omnibus fratri cedens præ-
 terquam virtutis palæstrâ, nihil inviden-
 quam vitæ sanctimoniam. Sed juveni
 nosse, quibus artibus invidiam hanc in
 oculis GELASII calum accenderit.
 OPILIUM solum inter præces agere
 putabat: sed cubiculum ingressus socios
 illi assistere innumeros Angelos vidit,
 mox Christi vocem illam audivit: *Sin-
 te parvulos venire ad me, talium est re-
 gnum celorum.* Hoc inquam spectacu-
 lum, hæc verba animum sauciarunt,
 hæc alas addiderunt GELASIO parvu-
 lo, ut ad Christum curreret. Non jam
 nescius in sinum parentis se currere.
 Nunc cur aliò festinare cernimus pueri-
 tiam? Au fortè Christus non clamat?
 ah! ecce hodie iterum clamat. Sed non
 audit pueritia. Aures Ulysses mundus
 obturavit. *Ex Ferrar.*

*Intellige esse tibi genus è celo cuius pa-
 ter habetur in celo; Age ut sanctè viven-
 do sancto respondeas patri Dei Filium ille
 se probat, qui vitiis non obscuratur hu-
 manis, qui divinis virtutibus elucescit.*
 S. P. Chrys. f. 68.

S. DOROTHEA V. M. 6. Februarij.

DOROTHEA Casaræ pro Chri-
 sto paptiva captivos in triumphum
 Cupidinem & Tyrannum duxit. Ex-
 pugnan-